



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Quando Eleemosyna sit in præcepto cap. 33. 34. & 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

enda est ex propria substantia non ex aliena, nisi esset: extrema necessitas, nec de acquisitis, contra iustitiam, furto, vel usura. De male tamen acquisitis, contra charitatem, vel ex fornicatione, vel adulterio, aut homicidio, potest fieri Eleemosyna.

Quando Eleemosyna sit in precepto. Cap. 33. 34. & 35.

Primo notanda est hæc regula, De necessariis simpliciter ad vitæ propriæ, & familiæ conseruationem, nullus alteri indigenti, etiam in necessitate posito succurrere tenetur, nisi persona indigens sit Reip. per necessaria, & ex ea bonum commune pendeat. *Secunda est, ex necessariis tantum ad decetiam status, tenetur homo necessitate laboranti Eleemosynam erogare, non autem extra necessitatis statum. *Tertia regula, De

superfluis, quæ nullo modo ad decentiam, & status commoditatem pertinent etiam respectu futuri, de præcepto sub mortali faciendâ est Eleemosyna, vt S. Tho. Anton. & Richar. monent. * Quarta. In necessitatibus communibus, & nõ grauibus, nullus sub mortali tenetur de superfluis Eleemosynas e- largiri, quamuis optimum sit consilium omni indigenti præbere: nam vt S. August. docet, superflua diuitis necessaria sunt pauperi. Imo verò probabile est, ad hoc esse quoque obligationem quod sancti videntur indicare, nulla tamen priuata persona tenetur inquirere pauperes, vt illis subueniat, tenetur verò publicæ, vt Episcopus & quilibet superior in sua ditione.

*An ad pinguiorem fortunâ re-
uersus teneatur ablata resti-
tuere. Cap. 36.*